



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXII. Bernhard, Graf zu Danneberg, bekundet dem Kloster Diesdorf all sein Erbeigen in Abbendorf geschenkt zu haben, am 23. Juni 1289.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

examinavit argentum, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis dominice Millefimo Ducentesimo Septuagesimo nono, Indictione septima.

XXII. Bernhard, Graf zu Danneberg, bekundet dem Kloster Diesdorf all sein Erbeigen in Abbendorf geschenkt zu haben, am 23. Juni 1289.

In nomine domini Amen. Bernardus, dei gracia comes in danneberge — — scire volumus tam presentes quam futuros, quod nos ecclesie in distorp omnia illa bona, que in villa abbendorf iure hereditario tenuimus et possedimus, cum omni proprietate, fructu et feodo, ob honorem beate virginis Marie et pro salute anime nostre libere dedimus perpetuo possidenda. Testes huius rei sunt dominus helmoldus, dominus Nicolaus de Zwerin, Dominus Henricus de woldenberge, comites, prepositus Bertoldus de salwedele, prepositus fredericus de dambeke, dominus henricus de dalenborch, Dominus sifridus de walftove, clerici, Dominus huno de karwen, Dominus borchardus de ihesow, Dominus Johannes Hune, Dominus baldewinus de knesbeke, Dominus baldewinus de bodendike, Dominus geuehardus de giffcouwe, Dominus wasmodus de knesbeke, Dominus paridamus de k(ne)sbeke, milites, Conradus et conradus de boldensole, et alii quam plures fide digni. Vt autem hec nostra donatio a nobis siue nostris coheredibus vel a nullo posterorum nostrorum infringi valeat vel irritari, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. (Da)tum anno gracie M^o. CC^o. LXXXIX^o. Nono Kal. Julii.

Das Original ist an zwei Stellen leicht beschädigt.

XXIII. Margareth, Wittve des Ritters Johann von Döhre, verkauft ihr Aerecht an dem Dorfe Abbendorf dem Kloster Diesdorf, am 11. November 1290.

Ego margareta, relicta domini iohannis de Dore, vna cum filio meo Gerharde — — ad noticiam tam vniuersorum quam successorum meorum cupio deuenire, quod vna cum filio meo sub forma uenditionis resignaui ecclesie in distorp quicquid iuris, proprietatis aut feodi in abbenthorp habui, et ne consanguinei, successores siue heredes filii mei aut mei, si affuerint, sibi aliquid ex hiis bonis predictis vendicent aut vsurpent, litterarum testimonio cum sigilli nostri ac fratrum meorum inpressione fecimus roborari. Huius rei testes sunt viceprepositus Euerhardus in doren, Dominus Henricus plebanus in ludelfem, Dominus henricus plebanus in abbenthorp, sacerdotes, Dominus manegoldus, dominus Conradus, dominus Ludolfus,